

proinde liberos tollant ac si ex duobus civibus Romanis natos. A. d. III non. Decembr.<sup>2</sup> Galeone Tettieno Petroniano, M. Fulvio Gillone cos. coh. VI pr.: L. Ennio L. f. Tro. Feroci, Aquis Statellis.<sup>3</sup>

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio in basi Iovis Africi.

*Tabella aenea, pars prior diptychi, prope Kustendje (Tomos) rep., est Vindobonae (III p. 833). — 1) A. 76, 2) 2 Dec. — 3) Nomen militis videtur postea adiectum in spatio antea vacuo relicto.*

**1994** . . . . . [qui eorum uxores non] habent, si qui eorum feminam peregrinam duxerit dumtaxat singuli singulas quas primo duxerint, cum iis habeant conubium. Hoc quoque iis tribuo, ut quos agros a me acceperint quasve res possederunt III k. [I]anuar.<sup>1</sup>, Sex Marcio Prisco, Cn. Pinario Aemilio Cicatricula cos.<sup>2</sup>, sint immunes.

. . . . III SI\ III C. f. Galeria Saturnini [C]lunia, cho. II pr.

*Tabula aenea, diptychi pars posterior, Romae rep. a. 1891 in alveo Tiberis (Barnabei monumenti inediti publicati per cura dell' Acc. dei Lincei I p. 434). Alterum tantum latius tabellae scriptum est, alterum, quae fuit diptychi pagina quarta, vacuum remansit; videtur igitur in hoc diptycho nulla scriptura exterior fuisse praeter notam recognitionis et nomina signatorum deperdita cum tabula priore. De imperatore, cuius nomen in principio periit, cf. not. 1. 2. — 1) Dies natalis Titi (Suet. Tit. 2; Philocalus, C. I p. 356); unde coniecit Mommsen (ap. Barnabaeum l. c. p. 436), ipsum Titum natali suo veteranis haec praemia tribuisse. — 2) Sex. Marcus Priscus legatus Lyciae et Pamphyliae fuit sub Vespasiano, testibus compluribus titulis Lyciae (C. I. Gr. 4270. 4271 cf. p. 1124; Ann. inst. arch. 1852 p. 157; Journal of hell. studies 10 p. 75 n. 25), Cn. Pinarius Aemilius Cicatricula legatus Pannoniae a. 98 (dipl.). Certum est igitur fasces gessisse hos consules temporibus Flaviorum. Mommseni coniectura (not. 1) si vera est, consules fuerunt extremo anno 79 (nam extremo anno 80 alios consules fuisse constat).*

**1995** imp. Caesar divi Vespasiani f. Domitianus Augustus pontifex maximus, tribunic. potestat. II, imp. II, p. p., cos. VIII designat. VIII<sup>1</sup>, iis qui militaverunt equites et pedites in alis quinque et cohortibus novem quae appellantur (1) I Flavia Gemina et (2) I Cannenefatium et (3) II Flavia Gemina et (4) Scubulorum et (5) Picentiana<sup>2</sup>, et (1) I Germanorum et (2) I Aquitanorum et (3) I Asturum et (4) I Thracum et (5) II Raetorum et (6) II et (7) III et (8) III Aquitanorum et (9) VII Raetorum<sup>3</sup>, et sunt in Germania<sup>4</sup> sub Q. Corellio Rufo<sup>5</sup>, item in ala Claudia nova et cohortibus duabus (1) III Gallorum et (2) V Hispanorum<sup>6</sup>, quae sunt in Moesia sub C. Vettuleno Civica Ceriale<sup>7</sup>, quinis et vicenis pluribusve stipendiis emeritis dimissis honesta missione, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. XII k. Octobr. M. Larcio Magno Pompeio Silone, T. Aurelio Quieto cos.<sup>8</sup>